

2033

LITURGICI.

2034

Sacrificio Missae inscribitur hoc Opusculum in edit. *Opp. Lugd.* 1651. f. T. XXI. cujus hic tantummodo habetur Compendium, quod, si modo novit, tacere non debuisset Librarius.

Fol. 22. p. 2. Incipit primus tractatus secunde partis missae. Noli credere. In Edit. cit. Librum de *Sacrificio Missae* excipit Liber de *Eucharistia*, atque ex hoc Libro sumta sunt, quae hic sequuntur, Excerpta, quae Compilatori placuit inscribere *Differentias*. Ineunt porro a *Distinct.* I. c. 2, n. 2. de Bonitate Dei.

Fol. 62. succedit *Pentasemonum*. I. in illud *Lucae 5. Hic peccatores recipit.* Collatio Peccatoris in gratiam recepti cum Homine in Ordinem religiosum cooptato. II. in illud *Luc. 7. Deus visitavit plebem suam.* Christus in mundum missus comparatus cum Legato Pontificio. III. in illud *Rom. 12. Multi unum corpus sumus* &c. Varia Hominum genera cum variis Corporis membris contenduntur. IV. in illud *Luc. 19. Hodie salus huic domui facta est.* De Dedicatione Templi, incipiens: *Quamdiu homo in hac vita est, peccator est,* &c. V. in illud *Exod. 28. Septem diebus expiabitur altare* &c. De Consecratione Altaris, incipiens: *Quia deus est sanctus, ideo vult habere omnia sancta* &c.

DCCCXXVII.

R. 2070 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 197. f. max. per duas

columnas magnifice exaratus, minioque distinctus complectitur *Libros IV. priores Rationalis Divinorum Officiorum Guil.* *Duranti* germanice redditi a. 1384: et inscripti *Alberto III. Austriae* Duci dicto cum *Trica.* Versionis hujus *Αυτογραφον* dedimus *Vol. I. P. 3. col. 2875.* cui cum praefens *Αυτογραφον* exacte respondeat, miniata solum Clausulam ejus hic adscribam: *Hie habent ein ende die ersten vir pücher des Racionals. die getzewgt vnd tzu wegen prächt hat der Erber beschayden man, Chunrat der Rampperstorffer. die tzeit des Rates der Stat ze Wienn vnd amptman des Chlosters ze Nemburg Seiner sel ze hayl. vnd zu trost vnd zu pezzerung allen den die sew hörn oder lesen Wann ez ist ein seligew vnd hailsame chürczweil lesen die heylig geschrift. Wann wer da pet der redt mit got. Aber wer die heilig schrift list mit dem redt got. Vnd darumb han Ich Johannes Albrand. von Suntra (Sontra infer. Hassiae) dazselbig puch volbracht. Da man czalt nach Christes gepurt Virzebenhundert Jar vnd in dem andern Jar An Sand peters tag des heyligen zwelfspoten als er von dem Engel gelöst wart auz den Eysnein panden vnd auz dem karcher von dem gewalt des wütreich herodis.*

DCCCXXVIII.

Pars altera Folior. 265. poste. R. 2071 *riores IV. Libros* continet brevior hac miniata Clausula: *Also hat daz puch ein ende daz erczewgt hat*